



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 2. Principium 2. Delicta suos tenent Auctores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Deducitur 2. Non damnandum statim esse peccati materialis, qui per majorem Sacri partem exercet actiones extrinsecas prorsus quidem impertinentes ad Missæ auditionem, tamen neque secundum se, aut ratione scandali malas mortaliter, neque graviter distrahentes animum, uti P. Gobat tr. 5. n. 237. cum Suar. Dicast. Bassæo & aliis docet.

Deducitur 3. Nec illum facilè Laicum, peccati mortaliter damnandum esse, qui res sacras, imò etiam ipsum Ciborium actu continens hostias sine temeritate tangeret; ut Gobat tr. 3. n. 327. cum aliis contra Filliut. & Suar. docet.

§. II.

PRINCIPIUM II.

Delicta suos tenent Authores.

Sensus.

Hoc est, peccatum, quod quisque per voluntatem propriam admisit, non debet alteri imputari, sive quoad substantiam actûs; sive quoad effectum inde secutum; nisi specialis causa subsit, qualis reperitur in crimine læsæ Majestatis, quod nonnunquam & Filii puniuntur.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Ezech. 18. ubi dicitur: *Anima, qua peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem Filii.* Item ex lib. 6. decret. c. ult. re. 76. quæ dicit: *Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.* Item ex Decret. Sancimus 22. C. de pœnis, ubi dicitur: *Sancimus ibi puniam esse, ubi & noxia est.* Et paulò pòst: *Peccata suos tenent Authores, nec ulterius progrediatur metu, quàm reperitur delictum.*

Ratio.

Quia ratio non patitur, ut alteri per alterum iniqua conditio inferatur, uti dicitur in 1e: *Non debet alteri.* 24. ff. de reg. Juris; nec debet aliquis alterius odio prægravari, ut reg. 22. Juris in 6. habet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eos, qui Jus eligendi in Compromissum transtulerunt, non incurere pœnas indignè eligenti-
decretas, si ipse Compromissarius indignam Personam
liberè elegerit; ita deciditur in cap. Si Compromissa-
17. §. Porro de elect. in 6.

Deducitur 2. Si Mandatarius sui mandati limites trans-
gesserit, non debere damnum ex tali transgressione secu-
m ipso Mandanti adscribi, uti colligitur ex cap. 9. de Ar-
& 10. Cum per Procuratorem. 9. C. Mandati.

Deducitur 3. Infantes sine Baptismo decedentes rectiùs
communiori sententia dici nullam pœnam sensùs pati,
quod hæc pœna solum debeat peccatis propria volunta-
missis; aliter verò se res habet quoad pœnam damni
missionem gratiæ originalis & gloriæ aternæ; hæc e-
gratia ac gloria cum Posteris Adami per se non fuerit
merito quoque illis negari poterat ob alienum pecca-
quod per transfusam in Adamum voluntatem com-
mittunt.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Pro ratione delicti erit & plagarum modus.

Sensus.

Hoc est, qualis fuerit culpa quoad ipsam malitiam, talis
erit pœna quoad intensionem, vel extensionem, ita ta-
non Arithmetica, sed Geometrica proportio attenda-
tetur culpam & pœnam, cum sæpe (saltem in hoc mun-
non possit arithmetice proportionata pœna pro culpa
poni.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. 25. Deuter. Item ex cap. Felicis.
cap. 10. ubi dicitur: Judex pœnam metiatur ex culpa.

Ratio.

Quia, cum pœna duplici fine infligatur, scilicet tum ad
restitutionem præstandam, tum ad propriam delinquentis,
& alio-